



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1479. usque ad annum 1494

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118340

§. 51. Quidam a Lusitaniæ Rege in Æthiopiam missi

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66444](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66444)

deperditum iri. Muleyas hoc periculo Sæcul. XV.
A.C. 1486.
 territus, missis ad Nepotem suum Orato-
 ribus pacis condiciones offert, quas si ac-
 ceptasset, copiose suis commodis, atque
 opportune rebus suis paulo ante despe-
 ratis prospexisset; ast intempestiva per-
 tinacia seductus, quascunque propositas
 concordiae leges respuit, cum animo con-
 stituisset, quod sibi soli Granatæ regnum
 vindicaret, nec unquam in partem au-
 thoritatis Regiæ suam admitteret Pa-
 truum, quem velut illius Usurpatorem
 atque tyrannum habebat.

§. LI.

*Quidam a Lusitanicæ Rege in Æthio-
 piam missi.*

Joannes II. Lusitanicæ Rex recens dete- Ludolf. Hist.
Æthiop. l. 2.
c. 1.
 & orbis felicitate stimulatus, spes suas
 extendit ad novas ejusmodi inventiones,
 huncque in finem Anno Domini mil-
 lesimo quadringentesimo octogesimo se-
 ptimo Petrum Covillanum & Alphon-
 sum Payvam in Indias misit, quorum u-
 terque Regis vasallus, & linguæ Arabicæ
 peritus erat. Porro itineris hujus præci-
 pius erat finis, ut omni solertia inquire-
 rent in quemdam Christianum Princi-
 pem, quem, Presbyterum Joannem no-
 mine, in Indiis divitiis ac potentia spe-
 ratissimum Asiæ Regem esse, rumor fe-
 rebat;

Sæcul. XV.
A.C. 1486.

rebat; hisce igitur duobus Legatis datum est negotium, ut cum eo fœdus pangerent. Hi, cum in Ægyptum venissent, ab invicem semoti per diversas vias Indiam pervagantur, quin tan en ullam hujus Principis vestigium deprehendere possent: vix autem Lusitaniam repetere parabat Covillanus, & maris rubri portum attigerat, cum ecce! incertis sermonibus jactatur singularis potentia cujusdam Abissinorum Regis, religione Christiani. Covillanus illico hanc famam, relatorum similitudine deceptus pro re comperta habebat, cumque aliunde tam Historicis, quam Geographicis scientiis nonnisi leviter tinctus esset, minime dubitabat, hunc ipsum, quem quereret, a se jamiam inventum fore. Ergo rem disertis verbis Regi suo nunciat, ac sine ullius moræ dispendio in Æthiopiā contendit; ast illuc delatus non Joannem, sed Alexandrum Regem offendit, qui Anno millesimo quadringentesimo septuagesimo quinto regni solium conscenderat. Nihilominus per universam Europam protinus ea fama manabat, quod tandem in Africa detectum esset regnum percelebris illius Presbyteri Joannis, in veterum fastis nominatissimi: nomen igitur ficti hujus Presbyteri Joannis, absque ulteriori veritatis discussione, temere Abissinorum Regi attribue-

tribuebatur, errore haud novo; quippe Sæcul. XV.
 longo retro tempore alium quemdam A C. 1486.
 Tartariæ Principem haud graviore ratio-
 nis momento, aut forte ob vitiosam no-
 minis pronuntiationem ita appellatum
 fuisse legimus.

§. LII.

*Maximilianus Romanorum Rex
 salutatus.*

Jam dudum S. R. I. Electores Frideri- Nauclev.
 cum Imperatorem impense rogabant, Chron. Ge-
 ut Principum Germanorum comitia in- ner 50. p. 503
 diceret, in quibus de novo Cæsaris suc- Burch. in
 cessore ageretur, & Maximiliano ejus Fi- diar. Cæren
 lio Germanicum imperium assereretur. Krantz. 13.
 Ægre Imperator annuit Principum vo- fax. 1.
 tis, tandem tamen Friderico, hujusque Michov. l. 4.
 Filio præsentibus, Francofordiæ die vi- c. 73.
 gesima Januarii conventus celebratur, & Crom. l. 29.
 decima sexta Februarii Maximilianus ob- Bonfin. dec. 4
 servata Bullæ aureæ forma ab Electori- l. 7.
 bus in Regem Romanorum electus est.
 Suffragabantur sex Romani Imperii E-
 lectores, videlicet Moguntinus, Colo-
 niensis & Trevirensis Archiepiscopi, Co-
 mes Palatinus, Dux Saxoniae, & Mar-
 chio Brandeburgensis. Vix electionis
 hujus Nuncium Maximiliani Orator, qui
 tum Romæ versabatur, compererat, cum
 primum sibi, præ ceteris Regum ac Prin-
 cipum